datum. Imposuit Epiphanio communis μέτρου δι-

ctio, quam de eo mensuræ genere accipiendam pu-

tavit, ad quod diurnum mannæ demensum exige-

batur. Sed satum tricesima pars est cori, gomor

centesima.

(77) Τὸ δὲ γόμον δέκατον ἦν. Perperam etiam

in Regio γόμον, ut et in Basileensi: quare nihil

immutare voluimus. Verum γόμορ fortasse resti-

**C** Quare singulæ mensuræ non gomor sunt, sed

datum. Imposuit Epiphanio communis μέτρου δι-

ctio, quam de eo mensuræ genere accipiendam pu-

tavit, ad quod diurnum mannæ demensum exige-

batur. Sed satum tricesima pars est cori, gomor

centesima.

(77) Τὸ δὲ γόμον δέκατον ἦν. Perperam etiam

in Regio γόμον, ut et in Basileensi: quare nihil

immutare voluimus. Verum γόμορ fortasse resti-

tuendum. Est enim in veteribus codicibus littera-

rum ρ et υ pictura non absimilis. Quæ res ex scri-

ptoribus fraudi fuit. De gomor, et auctoris hallu-

inatione superius egimus: ubi duplex gomor

constituit, majus, et minus: neutrum recte. Nos

aliud discrimen apud Græcos duntaxat observavi-

mus, qui promiscue chomer et omer γόμορ appel-

lant. Unde alius est γόμορ magnus, qui idem est

ac corus, sive chomer: alius minor, qui est **γομ**,

centesima pars majoris. Quare quod Villalpandus

noster lib. iii, cap. 9 scribit, Epiphanium eandem

coro notionem tribuere, quam chomor, ad idque

superiorem locum, ubi de coro egit, accommodat,

sane non intelligo. Neque enim Epiphanius usquam

τοῦ γόμορ mentionem facit; sed eam mensuram,

quæ re ipsa eadem est cum coro, γόμορ appellat, ex

Græcorum consuetudine. Quam is tamen non in-

tegrum, sed dimidium eorum esse putat, et cum

lethec, atque ἡμιχόρω confundit. De quo errore

satis antea disputavimus. Hoc vero tandem in loco

posteriorem τοῦ γόμορ speciem, quæ revera unica

est, ac propria, nempe **γομ**, declarat. Etsi dubitari

potest, utrum γόμορ, an, ut cusi et scripti codices

exhibent, γόμον legerit Epiphanius: nam si postre-

rum hoc mensuræ genus γόμορ appellari credidis-

set, non duplicem antea γόμορ, sed triplicem esse

dixisset. Hic enim tertius est, a duobus illis plane

distinctus. Sed utcumque Epiphanius scripserit,

γόμον istud non aliud esse potest quam γόμορ, hoc

est **γομ**: fuit enim omer, sive gomor sextariorum

decima pars, quæ sextarios septem, et quintam unius partem continet.

Tria canistra chondritarum, sive panum alicariorum vasa sunt, quibus chondritæ illi reponuntur, quod est genus panis, qui bifariam dividitur.

Nebel vini sive uter sextarios capit centum quinquaginta.

Satum sextarios LVI.

Alabastrum unguenti, ampulla est vitrea, quæ libram olei capit; estque dimidii sextarii mensura. Alabastri porro nomen a fragilitate reperit.

Campsaces aquæ XII habet sextarios; at ille campsaces, qui Eliæ præparatus est, sextariorum erat quatuor.

Cotyla dimidium sextarium continet, et a Græca voce κόπτεσθαι nomen sortitur, eo quod sextarius duas in partes secatur.

Cyathus sextarii pars est sexta. Porro Scriptura cyathos medechoth appellat; uti masmaroth saccos, vel cola nominat. Quo eodem nomine promiscue utuntur, cum eundem usum et potestatem habeant.

Catinus vas est ad eorum vasorum formam, quibus ad intinctus utimur, quæ et paropsis vocatur, continetque sextarii dimidium. Sextarius Alexandrinus duas olei libras capit.

Aporrhyma apud solos Thebanos in usu est, et Saitico dimidio minor est. Verus enim Saiticus sextarios capit XXII.

Sabitha Syriaca vox est, quod capulum, hoc est vas ad deplenda tortularia interpretari possis, estque sextariorum apud Ascalonitas viginti duorum.

In majus sextarios capit octodecim: sacrum vero sextarios IX.

Congius sextarios habet octo, at qui sacer dicitur, sextarios sex, quæ est duodecima metretæ pars.

<sup>1</sup> C. ἐλαίου. <sup>2</sup> Reg. λημνιαῖον.

7 1/5 Quod cum vere ab illo definitum fuerit, ab iis, quæ paulo ante constanter asseverat, magnopere dissentit: nam corum, qui est chomer, modiorum esse docuerat xxx: modio vero sextarios imputaverat XVII. Ita corus sextariis constabit 510. Jam vero bathus, qui ephi aridorum mensuræ respondet, decima pars est cori: gomor decima pars bathi. Igitur ex Epiphanii sententia bathus sextarios colligit LI (cui quidem nonnisi L tribuit), gomor sextarios 5 1/10. Hic autem τὸ γόμον, sive γόμορ habere putat sextarios 7 1/5. Quæ si centies multiplices, fient sextarii 720: quot reipsa corus continet. Etenim corus modios capit non xxx, sed XLV, ut Villalpandus docet, modius porro sextarius XVI: qui in XLV ducti sextarios conficiunt 720. Ea summa in centum divisa dat sextarios unicuique gomor 7 1/5. Quæ opinionum varietas, si non ex hallucinatione nata, ex eo certe profecta videtur, quod cum aliæ apud alias nationes mensuræ iisdem appellationibus censerentur, ac minores majoresve essent, hæc ipsa diversis ex auctoribus tumultuarie in Adversariis notata in hunc Commentarium redegerit, neque accurate ac distincte proposuerit.

(78) Τὸ σάτον γ' ἑξέτων. Neque istud superioribus consentaneum est: ubi satum docuerat esse μόδιον, ὑπέργομον, hoc est modium unum, cum

αὐτὸ ἐστὶ τῆς ἀρτάβης, ἧ γίνεται ἑπτὰ ἑξέτων καὶ πέμπτον.

Τρία κανῆ χονδριτῶν, ἔνθα εἰκόθασι τότε ἀποτίθεσθαι τοὺς χονδρίτας. Ἔστι δὲ εἶδος ἄρτου εἰς δύο τεμνομένου.

Νέβελ οἴνου, ὅπερ ἐστὶ μέτρον ἑξέτων ρ'.

Τὸ σάτον γ' ἑξέτων (78) ὑπάρχει.

Ἄλαστρον μύρου (79), βικίον μὲν ἐστὶν ὑέλινον, χωροῦν λίτραν ἔλαιον<sup>1</sup>: τὸ δὲ μέτρον ἐστὶ ἑξέτου τὸ ἥμισυ. Ἄλαστρον δὲ κέκληται διὰ τὸ εὐθροπτον.

Καμφάκης ὕδατος, ιβ' ἑξέτων ὕδατος ἐστὶ τὸ μέτρον. Ὁ δὲ τῷ Ἡλίᾳ ἐτοιμασθεὶς (80) καμφάκης, τεσσάρων ἐστὶ ἑξέτων.

Ἔστι τὸ μέτρον κοτύλη, ἥμισυ ἑξέτου ὑπάρχει, κέκληται δὲ κοτύλη ἀπὸ τοῦ τὴν ἑξέτην εἰς δύο κόπτεσθαι.

Κύαθος, ἐστὶν ἕκτον ἑξέτου (81). Μεδεκῶθ δὲ λέγει (82) τοὺς κυάθους ἢ Γραφή. Τὰ δὲ μασμαρῶθ λέγει τοὺς διῦλιστῆρας, οὓς καὶ ἴθμοὺς καλοῦμεν. Τῷ αὐτῷ δὲ ὀνόματι ἀμφότερα κέχρηται, ἐπεὶ καὶ τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχουσι.

Τρυβλίον, ὑψόβαφόν ἐστὶ τὴν πλάσιν, ἥτοι παροψίς, ἥμισυ δὲ ἑξέτου τὸ μέτρον ἔχει. Ἐξέτης ὁ Ἀλεξανδρινὸς δύο λιτρῶν φέρει ὀλκὴν ἐν τῷ ἐλαίῳ.

Ἀπόρρομα δὲ παρὰ μόνοις Θηβαίοις μετρεῖται, ἥμισυ γὰρ τοῦ Σαίτου ἐστίν. Ὁ δὲ ἀληθινὸς Σαίτης ἑξέτων ἐστὶν κβ'.

Σαβιθά· τοῦτο Συριατικόν ἐστὶ τὸ ὄνομα, ὃ ἐρμηνεύεται λημνιαῖον<sup>2</sup> ἄντλημα, παρὰ Ἀσκαλωνίταις ἑξέτων κβ'.

Ἴν· τὸ ἴν μέγα (83), ἑξέτων ἐστὶν ιη'· τὸ δὲ ἅγιον ἴν, ἑξέτων θ'.

Χοῦς, ἐστὶ ἑξέτων η' (84)· τὸ δὲ καλούμενον ἅγιον, ἑξέτων ς', ὃ ἐστὶ δωδέκατον μετρητοῦ.

ejusdem quarta parte. Quare cum modio XVII sextarios attribuat, erunt in sato sextarii 21 3/4, ut antea diximus. At secundum communem usum, qui modio sextarios assignat XVI, erunt in sato sextarii XXIV.

(79) Ἄλαστρον μύρου. Alabastrum ex sui generis lapide, non ex vitro fit: Βικίον item alias fictile vas, alias vitreum. De hoc Eustathius, et alii grammatici.

(80) Ὁ δὲ τῷ Ἡλίᾳ ἐτοιμασθεὶς. Locus est III Reg. XIX, 6, ubi Hebraice est ΠΠΞΥ, LXX καμφάκης. Sed quoniam argumento quatuor fuisse sextariorum colligat, nullus video.

(81) Κύαθος, ἐστὶν ἕκτον ἑξέτου. Vulgo tamen sextario XII cyathi tribuuntur. De quo Gregorius Agricola lib. I.

(82) Μεδεκῶθ δὲ λέγει. Idem locus exstat hæc. 75, n. 6. Forte pro μεδεκῶθ, μενακῶθ rescribendum. Vide quæ illic observamus.

(83) Ἴν· τὸ ἴν μέγα. In sextarios capit XII, hoc est logos totidem.

(84) Χοῦς, ἐστὶ ἑξέτων η'. Chus Atticus, et Romanus congius sextarios habet non amplius IV, quæ est duodecima pars metretæ. Continet enim metreta sextarios LXXII.



Τάλαντον, ἔστι τὸ ὑπερβάλλον (85) πᾶν σταθμώ-  
μενον μέτρον· κατὰ δὲ τὸν ληρισμὸν <sup>1</sup>, ρκε' λιτρῶν  
ὑπάρχει.

Ἐξ λεπτά ταλάντου (86), ἑπτὰ ἀσσάρια· τὰ δὲ  
ἑπτὰ λεπτά τῶν ἀσσαρίων, ρ' ὑπάρχει δηνάρια.

Ὁ ἀργυροῦς δὲ ἐτυπώθη ἀπ' ἀρχῆς τὸ νόμισμα,  
ἐκ δὲ τῶν ἀσσαρίων (87) τοῦτο ἐτυπώθη. Φασὶ δὲ  
τὸν Ἀβραάμ εἰς τὴν Χαναναίαν τὸν τύπον ἐνηνο-  
χῆναι.

Τοῦ δὲ ταλάντου τῶν ρκε' λίτρα μία, ἡ δὲ λίτρα  
δεκαδύο οὐγγία ὑπάρχει. Ἡ δὲ οὐγγία ἔχει στατήρας  
δύο (88).

Ὁ δὲ στατήρ ἡμισυ μὲν οὐγγίας, ἔχων δὲ δι-  
δραγμα.

[Περὶ σίμου <sup>2</sup>] σίκλος, ὃ λέγεται καὶ κοδράν-  
της (89), τέταρτον μὲν ἔστι τῆς οὐγγίας, ἡμισυ  
δὲ τοῦ στατήρος, δύο δραγμαὶς ἔχων· τῆς γὰρ οὐγ-  
γίας (90) ἦν ἡ δραγμῆ.

<sup>1</sup> F. λιτρισμὸν. <sup>2</sup> Titulus esse videtur, et σίκλου legendum.

(85) *Τάλαντον*, ἔστι τὸ ὑπερβάλλον. De talento, ejusque multiplici varietate infiniti sunt doctorum hominum commentarii, quibus ea diligenter explicantur, ut otiosis hac in parte nobis esse liceat. Talentum hic Judaicum, sacrumque definitur, quod minas habuit cxx, hoc est libras Romanas cxxv, nam libra drachmas habuit xcvi, mina vero centum. In centum viginti minis, drachmæ sunt 12,000, quæ per 96 divisæ dant libras Romanas 125.

(86) *Ἐξ λεπτά ταλάντου*. Quæ sint talenti λεπτά, quorum sex, septem assibus valeant, quæve septem assium λεπτά, centum æstimata denariis, qui docuerit, magnam a me gratiam inibit. De λεπτοῖς ταλάντου, nescio quid Hesychius aspersit in voce Κοδράντης. Ibi enim τὸ λεπτόν ἐξακισχιλιστόν esse talenti docuit, bisque istud repetiit. Quin etiam alibi, ἀσσάριον esse dicit idem ac λεπτόν. Unde in talentum sex assium millia competent, quot et λεπτῶν. Est et de λεπτοῖς insignis locus, ex Budensi codice productus a Camerario in cap. xxi Matth. Ubi cum staterem dimidiam uncie partem esse dixisset, subjicit: Πάλιν δὲ τὸ σίκλον, ὃ ἔστιν ἡμισυ τοῦ στατήρος, τέταρτον τῆς οὐγγίας, ἔχει λεπτά κ'· τὸ λεπτόν ὀλκῆς μιᾶς ἔστι δέκατον, ὄγδοον τῆς οὐγγίας· παρά τισι δὲ καὶ ὀβολὸς καλεῖται. Μοχ ait νόμισμα, μέγα μὲν εἶναι τῷ χαράγματι, καὶ τῇ ὀλκῇ, ὃ ἐκλήθη ἀργυροῦς· ὥστε ἔχειν αὐτὸν δηνάρια ρ', ἕκαστον δὲ δηνάριον ἔχειν ἀσσάρια ζ' (al. ξ'). Siclum, sive dimidium stateris decem λεπτοῖς constare scribit: ἀργυροῦν vero, hoc est staterem tetradrachmum, quem μέγα νόμισμα vocat, denariis centum. Porro denarium vii assibus, aut, ut alia lectio exhibet, lx. Si in drachma decem λεπτά sunt: ergo λεπτόν idem erit, quod vetus Romanorum assis, decima pars denarii. Atque ut denario septem imputemus asses, erunt in drachma 175: λεπτά vero assibus constabunt 17 1/2, tetradrachmus assibus 700. Nam denarios habet centum. Quare λεπτόν denarios habet 2 1/2, quoniam in quatuor drachmis, quadraginta numerantur. At vero si lectionem aliam amplectimur, ut in denario sint asses sexaginta: tetradrachmus colliget assium sex millia. Nam denarios centum si per sexaginta multiplices, totidem confient: λεπτόν vero 150 comprehendet asses, drachma 1500. Quid ex istis scholiis, vel superiore Hesychii glossemate ad Epiphanium enarrandum profici possit, judicent alii.

Mihi sine ingenti aliqua sectione, huic ulceri, quod ὑπουλον subest, submoveri non posse videtur. Sed illud præterea, et vero cumprimis animadver-

**183** Talentum mensurarum omnium, quibus pondera metimur, maximum est: quod si ad libras redigatur, cxxv complectitur.

Sex minuta talenti septem assibus valent. Septem vero assium minuta centum denariis.

Argenteus nummus jam tum olim signatus est, et ex assibus cusus. Ferunt Abrahamum hujus figuram in Chananaeam importasse.

Talentum centesima vicesima quinta pars est libra, quæ duodecim uncis constat. Uncia stateres habet duos.

Stater dimidia uncie pars, duas drachmas continet.

Siclus, qui et quadrans appellatur, quarta pars est uncie, stateris dimidia, duas drachmas habens, nam uncia octo drachmas continet.

tendum, de quo talenti genere loquatur tam Epiphanius, quam Hesychius. Neque enim vulgare illud et magnum intellexisse puto, sed Epiphanium maxime staterem, vel tetradrachmum argenteum. Quæ de re accuratius in diatriba de folle milliarensi inquiretur (*infra*). Ergo in talento hujusmodi **xl** λεπτά ex Matthæi scholio censentur, quæ centum denariis valent; denarii assibus septem. Hæc Epiphanius loci vestigia premunt. Nam et centum denariorum, et septem assium in illo mentio est. Quomodo vero reformanda sint Epiphanius verba, tentabunt, uti diximus, alii. Nos quæ potuimus in eam rem adjuncta congressimus.

(87) *Ἐκ δὲ τῶν ἀσσαρίων*. Scrib. ἐκ δέκα δὲ τῶν ἀσσαρίων, aut ἐκκαδέκα δὲ τῶν ἀσσ. Sed in priorem emendationem proclivior sum; quod denarii initio denis assibus valuit.

(88) *Ἡ δὲ οὐγγία ἔχει στατήρας δύο*. In libra uncie sunt xii; stateres xxiv. Quare cum libra xcvi drachmas capiat, stater argenteus quaternas continet. Est enim τετράδραχμος. Atqui subinde didrachmum facere videtur, ἔχων δὲ, inquit, διδραγμα. Sed emendabis auctore me, δ' δραγμάς. Id enim sequentia demonstrant: nam scribit siclum dimidiatum esse staterem, et drachmas habere duas. Igitur in statere sunt quatuor. Scripserat Epiphanius δ' δραγμάς. Librarius longurium, qui numerali notæ ascriptus erat, ἑωτα ratus, διδραγμα scripsit. Sed διδραγμα, pro διδραγμα, ιδιωτικὸν est: neque tamen mutandum. Potest et δύο διδραγμα substitui.

(89) *Σίκλος, ὃ λέγεται καὶ κοδράντης*. Confer cum iis Isidori verba lib. xvi *Orig.*, cap. 24: *Sicel, qui Latino sermone siclus corrupte appellatur; Hebraicum nomen est, habens apud eos uncie pondus: apud Latinos autem et Græcos quarta pars uncie est, et stateris medietas, dragmas appendens duas. Unde cum in divinis Litteris legitur siclus, uncia est; cum vero in gentiliis libris, quarta pars uncie est.* Tam hæc Isidori verba, quam illa Epiphanius Villalpandus noster in sicli voce depravata credens, *siclicum* rescribit; et pro *uncia*, apud Isidorum, *semunciam*. Qui me subscriptorem non habet. Licet enim siclus reipsa quatuor drachmas habuerit; idque ex Josepho, Hieronymo, cæterisque perspicuum sit; nihilominus Græci, ac qui Græcos secuti sunt

(90) *Τῆς γὰρ οὐγγίας*. Deest numerus, qui quota pars uncie drachma sit exprimat. Scribo: τῆς γὰρ οὐγγίας ἡ ἦν ἡ δραγμῆ.

Holce eadem est cum drachma, ac præterea ejusdem cum siclo ponderis, quo identidem Absalomi ponderari coma consueverat, cum detonsus esset, quæ pondo erat centum viginti quinque siclorum, hoc est, libras duas habebat cum dimidia.

Obolus inter nummos argenteos signari solebat, ac mensuram habebat uncia; neque tamen argento, sed ferro cudebatur. Quanquam alius erat argenteus obolus minutissimus nummus, et uncia pars octogesima. In Levitico porro legitur: *Didrachmum vi-*

sunt, siclum passim didrachmum constituunt. Cur ita sentirent, LXX Interpretes fecerunt: qui Hebraicum nomen *הרש*, *siclum*, *δίδραχμον* constanter interpretati sunt. Ideo duplex a nonnullis siclus excogitatus est; unus duarum, alter quatuor drachmarum. Quod ego ex errore profectum arbitrator. Nam revera siclus quatuor drachmas habuit. Sed quia Græci interpretes *δίδραχμον* pro siclo reddiderunt, hinc qui Græce Scripturam legebant, non plures duabus drachmis attribuere siclo. Et tamen cum apud accuratissimos auctores invenissent, eundem siclum esse tetradrachmum, eo delapsi sunt, duplex ut sicli genus statuerent. Nam quod reipsa, quemadmodum dixi, duabus ex drachmis componi siclum arbitrati sint, non unus Epiphanius, aut Isidorus fidem fecerint, sed et alii permulti. Inter cæteros scholiastes ille; cujus verba ex Budensi codice Camerarius exscripsit: *Τὸ ἥμισυ τῆς οὐγγίας (inquit) στατήρα ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἑξαμφοτέρως τοῦ ζυγοῦ τὰς πλάστιγγας ἰσορροπεῖν, τοῦ ἡμίσεως τῆς οὐγγίας ἐν ἑκατέροις τοῖς μέρεσιν ἐπιτιθεμένου. Ὅθεν τῇ ἰσορροπίᾳ τοῦ κανόνος, κατὰ τὴν τοῦ ζυγοῦ ἰσότητα, στατήρ ἐκλήθη. ἔχει δὲ ὁ στατήρ ἥμισυ τῆς οὐγγίας, σίκλους δύο· πάλιν δὲ σίκλον, ὃ ἐστὶν ἥμισυ τοῦ στατήρος, τέταρτον τῆς οὐγγίας, ἔχει λεπτά κ', etc.* Absurdum est autem cum in isto, tum in aliis sexcentis veterum locis, *siclicum* pro *siclo* reponere. Fuit enim siclus usitatum apud Hebræos nummi genus, non sicilius. Atque idcirco *κοδράντην* etiam appellari siclum testis est Epiphanius: quod nimirum a Græcis passim didrachmus, adeoque quadrans uncia constitui solet. Qua in re non a LXX Senioribus, sed a Græcis posterioribus, qui illos secuti sunt, error admissus est. Non enim animadverterunt, interpretes illos vel Alexandrinos fuisse, vel Alexandriae certe scripsisse; atque eorum proinde, apud quos, et quorum in gratiam scriberent, usui consuetudinique servisse. Atqui cum Alexandrinorum talentum duplum esset Attici, eandem quoque proportionem Alexandriae drachmæ ad Atticas habuere, ut *δίδραχοι* essent. Etenim talentum omne, ut ex Herone constat, minis constabat sui generis *λx*: mina vero sui perinde generis stateres habuit *xxv*, drachmas centum. Unde cum talentum unum altero duplo majus esset, non plures quidem in majori minæ vel drachmæ numeratæ sunt, sed eadem pondere, ac valore præstiterunt. Unde aliæ *λεπτά*, aliæ *παχεῖαι* vocatæ sunt, ut ait Hesych. Quod et Pollux lib. ix, cap. 6, confirmat. Sic igitur Alexandrinum talentum; quod, auctore Festo, duodecim denariorum millibus valebat, cum totidem Atticarum drachmarum millibus æstimaretur, non plura sui generis, hoc est Alexandrinarum drachmarum numerabat, quam sex millia. Quare singulæ drachmæ, ad Atticas, et vulgatas comparatæ, *δίδραχοι* censebantur. Quam ob causam LXX Interpretes *δίδραχμον*, hoc est duarum Alexandrinarum drachmarum pondere ac valore præditum siclum esse dixerunt, cum interim Atticas drachmas haberet quatuor. Quod cum reliqui minus animadvertissent, et ad vulgares, Atticasque respicerent, duplo minorem, quam erat revera, siclum

A Ἐκαλεῖτο δὲ ὀλκή (91) ἡ δραγμὴ τοῦ αὐτοῦ σταθμοῦ τῷ σίκλῳ τῷ σταθμίζοντι κατὰ καιρὸν τὴν τρίχα τοῦ Ἀβεσαλώμ, ὅτε ἐκουρευέτο, ὀλκὴν ἔχουσαν ρχε' σίκλων, ὃ ἐστὶν οὐγγία σίκλου ἐνός, γινόμενη λίτραι δύο ἡμισυ.

Ἄβολος καὶ αὐτὸς ἐν ἀργυρίοις (92) τετύπωτο. Μέτρον δὲ εἶχε καὶ οὗτος τῆς οὐγγίας, οὐκ ἐξ ἀργύρου πεποιημένος, ἀλλὰ ἀπὸ σιδήρου. Ἦν δὲ καὶ ἕτερος (93) ὄβολος ἐξ ἀργύρου τυπούμενος, νόμισμα ὢν, ὃ ἦν λεπτότατον, ὀγδοηκοστὸν τῆς οὐγ-

esse crediderunt. Non melior afferri causa potest hallucinationis istius, quæ tantas hactenus turbas, et opinionum varietates conscivit. Observatio illa Isidori de unciali siclo nimium a vero distat. Certe enim non nisi semuncialis constitui debebat, si quidem duplex esset, nempe *δίδραχος* et *τετράδραχος*.

(91) Ἐκαλεῖτο δὲ ὀλκή. Mire hæc perturbata sunt, et implicita. Utrum ὀλκὴν idem ac δραγμὴν esse dicat: an potius δραγμὴν, ὀλκὴν, id est pondus idem cum siclo esse statuat, dubitari potest. Sed prior interpretatio præferenda, quam et Cornarius expressit, et nos secuti fuimus. Nam et ὀλκή pro drachma sæpius accipitur. Sed quod ejusdem cum siclo ponderis fuisse refert, superioribus repugnat: ubi didrachmus siclus constitutus est; quamvis revera tetradrachmus fuerit. Jam exemplum illud de Absalomi capillorum pondere nihil ad rem pertinet. Lib. II Reg., cap. xiv, 26, *Ponderabat, inquit, capillos capitis sui, ducentis siclos pondere publico*: *סִיכְלֵי שֵׁשׁ לְשֵׁשׁ לְשֵׁשׁ LXX*, καὶ ἦν ἑκατὸν σίκλων ἐν τῷ σταθμῷ τῷ βασιλικῷ. Nulla hic drachmarum mentio, sed siclorum; quos Hebraici, Latinique codices ducentos, Græci centum numerant: Sixtiani tamen *διακοσίους σίκλους* recte concipiunt. At vero Epiphanius comam illam scribit ὀλκὴν habuisse *cxxv* siclorum: quæ est, inquit, uncia sicli unius, et librarum duarum cum semisse. Hæc ego nullus capio. Sicli *cxxv*, si quatuor drachmæ singulus, ut par est, arrogenitur, drachmas colligunt quingentas. Eæ per 96 divisæ libras Romanas efficiunt *v*, cum *xx* drachmis. Sin didrachmos siclos esse malis, drachmæ consurgent *ccl*, ex quibus libræ consient duæ, cum drachmis *lviii*, qui modus selibræ excedit drachmis decem. Est enim selibra drachmarum *xlviij*. Sane, ut Epiphanius verba præferunt, illud significare videntur: Siclum aliquem fuisse, cujus uncia, sive duodecima pars, siclos communes habuit *cxxv*, quæ sint duæ libræ cum dimidia. Ita siclus iste libris constabat *xxx*, drachmis 2,880. Erit cum per otium ista retractabimus. Interim hic hæreo, et a peritioribus doceri me vehementer cupio.

(92) Ἄβολος καὶ αὐτὸς ἐν ἀργυρίοις. Obolus drachmæ pars est sexta, uncia quadragesima octava. Fuit et æreus nummus. Quem duplicem Epiphanius statuit: alterum æreum, qui μέτρον εἶχε τῆς οὐγγίας. Ubi μέτρον pro pondere sumere videtur; nam majus istius, quam sequentis pondus esse debuit, quod octogesimam partem uncia facit. Quod si minus placeat obolos æreos tam grandes exstitisse, μέτρον εἶχε, sic accipiendum erit, ut sit, *erat pars dimetiens*, vel potius, *valorem habebat uncia ærea*. Manifestum est autem hoc in loco ἀργύριον pro nummo quolibet, etiam æreo καταχρηστικῶς sumi. Nam obolum æreum ἐν ἀργυρίοις τετυπῶσθαι vult. Sic paulo post χαλκοῦς ἀργύρια vocat.

(93) Ἦν δὲ καὶ ἕτερος. Si obolus argenteus octogesima pars est uncia, drachmæ autem octava, denis obolis singulæ drachmæ constabant, non senis.

γίας. Λέγει γάρ ἐν τῷ Λευϊτικῷ (94) · Τὸ δὲ δίδρα- A  
γμαον εἴκοσι ὀβολοί. Ὅτι δὲ τέταρτόν ἐστι τῆς  
οὐγγίας (95) τὸ δίδραγμα, ἤδη ἐδιδάξαμεν.

Χαλκοῖ· τούτους οἱ Αἰγύπτιοι (96) ἐφεύροντο·  
ἀργύρια δὲ ἐστὶ τετυπωμένα δύο· καὶ παρὰ Ἀλε-  
ξανδρεῦσι τὰ ἀργύρια καλοῦνται χάλκινα. Ἔστι  
δὲ ὁ χαλκοῦς τῷ σταθμῷ ὄγδοον οὐγγίας, ὡς ἡ  
δραγμή.

Μνάς, ἥτις τῇ Ἑβραϊδὶ (97) μνήμη καλεῖται ἡ  
δὲ Ἰταλικῇ μνάς τεσσαράκοντα στατήρων ἐστίν,  
ἕπερ οὐγγίων κ', λίτρας μιᾶς καὶ διμοίρου.

Ἀργυρίων δὲ πολλοὶ τύποι κατὰ καιροῦς γεγό-  
νασι.

Τὸ δὲ νοῦμιον τετύπεται (98) ἀπὸ τοῦ Νουμᾶ  
τινος βασιλέως τῶν Ῥωμαίων. Δίχρυσον δὲ ἐκά-  
λουν (99) οἱ παλαιοὶ τὸ ἡμισυ τοῦ ἀργύρου.

Τὸ δὲ ἄργυρον, τοῦτό ἐστιν (1) ὃ οἱ Ῥωμαῖοι μι-  
λιαρίσιον καλοῦσιν, ὃ ἐρμηνεύεται στρατιωτικὸν  
δέμα.

Τὸ δὲ δίχρυσον, καὶ τοῦτο ἀργύριον ἦν· ἕπερ

<sup>1</sup> Levit. xxvii, 25.

(94) Λέγει γάρ ἐν τῷ Λευϊτικῷ. Moysis verba  
sunt ἡρσηπ היה' הרה םירשׁ: *Viginti geræ siclum*  
*facient*. Hieron. vertit *obolos*. Non quod *gera* pro-  
prie sit *obolus* (major est enim quinta fere parte:  
nam quinque *geræ* sex *obolos* faciunt), sed quod  
nullum apud Græcos aut Latinos genus mensuræ  
vel nummi propinquius occurreret: quemadmodum  
denarius promiscue usurpari pro drachma con-  
suevit. Habet igitur siclus, hoc est tetradrachmum,  
xx *geras*: proinde drachma quinque *geris* constat. C  
LXX, εἴκοσι ὀβολοῖς ἐστὶ τὸ δίδραγμα, didrachmum  
pro siclo reddiderunt, cui xx *oboli* non competunt,  
sed tetradrachmo. Quæ res Epiphanium decepit.  
Qui ex eo frustra deduxit, unciam *obolos* LXXX  
continere, quia xx duabus drachmis, quæ quarta  
pars est unciæ, conveniunt. Sed didrachmum pro  
siclo, hoc est, pro tetradrachmo, Græci videlicet  
usurparunt.

(95) Ὅτι δὲ τέταρτόν ἐστι τῆς οὐγγίας. Dixit  
hoc non alibi, quam supra iis in verbis: Ὁ δὲ στατήρ  
ἡμισυ μὲν οὐγγίας, ἔχων δὲ δίδραγμα. Quare εὐστό-  
χως coniecimus scripsisse Epiphanium δ' δρα-  
χμάς.

(96) Χαλκοῖ· τούτους οἱ Αἰγύπτιοι. Chalcus  
octava pars *oboli* fuit. Pollux lib. x, cap. 6: Ὁ μὲν-  
τοι ὀβολὸς ὀκτώ χαλκοῦς εἶχε. Mox: Οἱ δὲ τέσσαρες  
χαλκοῖ ἡμιὀβολιον. At Suidas in τάλαντον, ἡ δρα-  
χμῆ ὀβολῶν ἕξ· ὃ δὲ ὀβολὸς χαλκῶν ς'. Sex *obolo*  
chalcos tribuit. Quod posterius Agricola sequitur,  
libro v. Chalcus alias nummi genus, alias ponderis  
fuit. Nummus item æreus, vel argenteus, abusione  
vocis, ut in plerisque passim, nisi ἀργύριον hic  
latius usurpetur. Pollux: Οἱ μὲν οὖν χαλκοῖ, νομι-  
σμάτιον ἦν λεπτόν· ἡ δὲ τῶν πολλῶν καὶ ἰδιωτῶν  
χρησις, τὸν χαλκὸν ἀργύριον λέγει. Hesychius, χαλ-  
κοῦς· τοῦτο ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου ἔλε-  
γον. Ubi latitii æris nomine pecuniæ genus omne  
complexi, chalcæ vero, de quibus Epiphanius lo-  
quitur, diversum quiddam a vulgaribus videntur.  
Nam et ab Ægyptiis inventos asserit, et esse ἀργύ-  
ρια τετυπωμένα δύο. Tum octavam ait esse partem  
unciæ, hoc est eandem cum drachma.

(97) Μνάς, ἥτις τῇ Ἑβραϊδὶ. Mina Hebræis מנא  
μνή, et ita scribendum hoc loco. Italicam minam  
Epiphanius stateras habere dicit XL, quæ sint unciæ  
xx, sive libra cum besse. Hac ratione stater erit  
semuncia, ac drachmas continebit quatuor: quod  
et antea scripsit. Libra Romana unciæ habet XII;

*ginti obolos habet*<sup>1</sup>; nam didrachmum quarta unciæ  
pars est, ut docuimus.

Chalcæ ab Ægyptiis inventi sunt, suntque argen-  
teæ signatæ duo; argenteos vero Alexandrini æreos  
nominant. Chalcus pondus habet octavæ partis un-  
ciæ, ut et drachma.

Mina apud Hebræos mane vocatur. Italicæ mina  
quadraginta staterum est, id est unciarum viginti,  
sive libræ unius et besse.

Argenteorum porro variæ figuræ diversis tempo-  
ribus exstiterunt.

Nummum primus omnium Romanorum rex Numa  
signasse dicitur. At argentei dimidium dichryson  
B appellavere veteres.

**184** Argenteus vero a Romanis miliarisium di-  
citur, quod *militare donativum* interpretari possis.

Est et dichryson argenteus nummus: qui post-

cujus bes octo sunt unciæ. Ambo hæc, id est unciæ  
xx, minam Italicam faciunt, quæ drachmas collig-  
get CLX. Aliud erit igitur libra Italicæ, aliud mina.  
Hero Atticam minam ἰσοδύναμον, καὶ ἰσοστάσιον  
esse dicit τῇ Ἰταλικῇ μνά, στατήρων γάρ ἐστὶ κέ·  
ἡ δὲ Ἰταλικῇ λίτρα στατήρων κδ'. Italicam libram  
ecce a mina separat, et illi stateras xxv imputat.  
Interpres Nicandri: Ἡ δὲ Ἰταλικῇ μνά λίτραν μίαν  
ἡμισυ. Quod ita Scaliger explicat, ut libra Italicæ  
sit drachmarum LXIV, id est unius libræ, et dimi-  
diæ, hoc est drachmarum xxxii, quæ xcvi drachmas  
in Italicam minam constituunt. Atqui hoc modo  
unciæ singulæ drachmas sibi vindicabunt 5 1/5.  
Quod cum Epiphanio conciliari non potest. Major  
est enim Italicæ apud illum libræ modus, ut et  
unciæ.

(98) Τὸ δὲ νοῦμιον τετύπεται. Cedrenus: Καὶ  
ἀσσάρια δὲ ἀπὸ ἀσημίου καὶ χαλκοῦ πεποιημένα  
πρώτος Ῥωμαῖοις ἐχαρίσατο, πρὶν διὰ σκυτίνων,  
καὶ ξυλίνων, καὶ ὀστρακίνων τὴν χρειαὴν πληροῦν-  
των, ἕπερ ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος νοῦμια ἐκάλεσε.  
Asses, inquit, ex argento et ære cusos primus Ro-  
manis largitus est; cum antea scorteis, et ligneis,  
et testaceis uterentur: quos de suo nomine nummos  
appellavit. Ἀσήμου, pro ἀσημίου legendum esse  
perspicuum est: quæ vox *argentum* sonat, ne A  
signum cum interprete somniemus. Sed commentum  
illud de appellationis origine, quod et Isidorus  
lib. xvi, cap. 17, secutus est, refellit Pollux, qui  
νοῦμιον Græcum nomen esse censet, lib. ix,  
cap. 6: Ὁ δὲ νοῦμιος δοκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων  
τόνομα τοῦ νομισματος· ἐστὶ δὲ Ἑλληνικὸν τῶν ἐν  
Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωριέων.

(99) Δίχρυσον δὲ ἐκάλουν. Δίχρυσος ex nominis  
ratione nummum significat, qui binos aureos valet.  
Verum, Epiphanio teste, argenteus nummus est, τοῦ  
ἀργύρου, hoc est argentei, dimidium.

(1) Τὸ δὲ ἄργυρον, τοῦτό ἐστιν. Cedrenus  
pag. 159, Μιλιαρίσια δὲ ἀπὸ τῆς μιλιτίας, ἤγουν  
στρατείας. Subjungit fabulam de Scipione, qui  
primus militibus τὰ μιλιαρίσια cudit. Sed vana est  
hæc originatio. De *miliariensi* multa haud vulgaria  
dicenda sunt, quæ quoniam cum *folle* implicatam  
disputationem continent, de utroque diatribam  
paulo longiorem instituemus. Neque enim paucio-  
ribus, aut explicari omnia potuerunt, aut hic ipse  
Epiphanius, ac sequens de *folle* locus enarrari.  
(Vide infra.)

modum adulterinus est vocatus, quod aliquando accidit, ut imperatoris cujusdam, qui tum cæsus fuerat, effigies ex eo nummo, cui erat impressa, deleteretur. Quo ex tempore nummus ille, qui occisi imperatoris imagine percussus erat, adulterinus est habitus.

*Follis* sive talentum parvum ex duobus argenteis constat, hoc est denariis ccviii. Item follis si ad denarios, non argenteos redigatur duo minuta continet.

*Mares* apud Ponticos mensura est hydriarum duarum : hydria x sextarios capit, adeo ut *cyprus* xx sextarios Alexandrinos habeat.

*Cyprus* apud eosdem Ponticos aridorum est mensura, duos modios continens ; vel, ut alii dicunt, chœnicas v : nam chœnix iisdem Ponti accolis sextarios v complectitur : unde *cyprus* sextariorum est xx ; quippe major apud illos modius sextarios capit xxiv.

*Collathum* Syri vocant liquidorum mensuram, quæ dimidii sati capax est, sextariorum xxv.

*Congiarium* liquidorum est mensura, quam He-

(2) Κατὰ τὸν δηναρισμὸν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ἀργυρισμὸν. Jam hæc a nobis explicata sunt (in peculiari dissertatione *De folle milliariensi*, infra). Ostendimus δηνάριον æreolum nummum posterioribus temporibus appellatum fuisse. Unde δηναρισμὸς, ἀργυρισμῶ ceptus est opponi. Sic accipiendus est haud dubie denarius apud Macrobium lib. i, cap. 7, cum de vetere figura nummis impressa ita loquitur : *Æs ita fuisse signatum hodieque intelligitur in aleæ lusu ; cum pueri denarios in sublime jactantes, capita aut navim, lusu teste vetustatis, exclamant.* Sic et apud Vopiscum in *Aureliano*, *æris denarii centum*, minuti nummi sunt, non decusses ærei. Frustra igitur Hotomanus ex iis locis concludit denarium æreum fuisse nummum pretii ac ponderis decem assium : nam denarii sunt illic minutissimi nummi, hoc est chalci, et æreoli, vel alii paulo majores, minoresve. Imo et pro assibus veteribus accipi videntur. Ut cum scholia Budensis cod. denarios drachmæ tribuunt decem ; sed et alia veterum testimonia, quibus fretus Hotomanus contra Budæum contendit, denarium nummum fuisse non argenteum solum, sed etiam æreum denis assibus æstimatum, nihil prorsus efficiunt. Hoc enim persuadent, unum denarium, qui argenteus nummus esset, denis assibus valuisse. Ita Varro lib. iv, *De L. L. Quod primum est*, inquit, *ab decem assibus, decussis, secundum ab duobus, decussis.* Tum Festus his verbis : *Grave æs dictum a pondere, quia deni asses singuli pondere libræ efficiebant denarium, ab hoc ipso dictum denarium.* Quis ex hoc loco merito colligat, denarium, sive decussem æreum fuisse ? Non magis opinor, quam ex altero Plutarchi, quem ex *Camillo* citat : *Ἀσσάριον γὰρ ἦν τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ δεκάχαλκον οὕτως ἐκαλεῖτο δηνάριον.* Aut illo Vitruvii lib. iii, cap. 1 : *Nostri primo decem fecerunt antiquum numerum, et in denario denos æreos asses constituerunt : et ea re compositio numeri ad hodiernum diem Denarii nomen retinet.* Cum, primo, dixit Vitruvius, Hotomanus ostendi putat, ante argenteum signatum, æreum fuisse denarium. Verum illud solum Vitruvius indicat ; denarium argenteum principio denis assibus æstimatum ; postea vero sedecim, ut ex Plinio, Tacito aliisque notissimum est. Nullus igitur, quod quidem ex allatis ab Hotomano testimoniis constet, denarius, sive decussis æreus fuit, uti nec centussis, quandiu quidem librales asses

ὑστερον κίβδηλον ἐκλήθη, ἐξ αἰτίας τοῦ ἀνααιρεῖναι τὸν κατὰ καιρὸν βασιλέα, καὶ ἐκβληθῆναι τὸν αὐτοῦ χαρακτῆρα ἐκ τοῦ διχρύσου, ὅς ἦν αὐτῷ ἐμφορέμενος. Ἐκτοτε γὰρ ἔνθα ἂν εὐρέθη τὴν τοῦ ἀνααιρεθέντος βασιλέως φέρων εἰκόνα, κίβδηλος ὠνομάζετο, ἦγουν ἀδόκιμος.

Φόλης, ὃ καὶ ταλάντιον καλεῖται · διπλοῦν δὲ ἐστίν, ὑπὸ δύο ἀργύρων συγκείμενον, οἱ γίνονται ση' δηνάρια. Καὶ φόλης, δύο λεπτοὶ κατὰ τὸν δηναρισμὸν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ἀργυρισμὸν (2).

Μάρης, μέτρον ἐστὶ (3) παρὰ Ποντικοῖς, δύο ὑδριῶν · ἡ δὲ ὑδρία αὐτοῖς δέκα ξέστων ἐστίν · ὥστε εἶναι τὸν κύπρον (4) εἴκοσι ξέστων Ἀλεξανδρινῶν.

Κύπρος παρὰ τοῖς αὐτοῖς Ποντικοῖς (5) μέτρον ἐστὶ ξηρῶν γεννημάτων, μῶδιοι δύο, ὃ λέγεται εἶναι παρ' αὐτοῖς χοϊνίκων πέντε · ὃ δὲ χοϊνιξ παρ' αὐτοῖς ξέστων ἐστὶ πέντε · ὥστε εἶναι τὸν κύπρον ξέστων κ' · ὃ γὰρ μέγας παρ' αὐτοῖς μῶδιος, ξέστων κδ'.

Κόλλαθον, ἐστὶ παρὰ τοῖς Σύροις (6) τὸ ἡμισυ τοῦ ὑγροῦ σάτου · ἐστὶ δὲ ξέστων κε'.

Κογγιάριον δὲ, μέτρον (7) ἐστὶν ὑγροῦ, καὶ αὐτὸ

exstiterunt. Neque enim tam graves nummi ærei cusi videntur. Sed decussis æreus ἄθροισμα fuit assium æreorum decem ; centussis, centum. Denarius vero, argenteus nummus decem assium æreorum olim pretio, non pondere, taxatus.

(3) *Μάρης, μέτρον ἐστὶ.* Meminit hujus mensuræ Aristoteles lib. v.ii, *De hist. anim.* cap. 9 : *Ἔστι δὲ ὁ μάρης ἕξ κοτύλαι.* Cotylæ sive heminæ in sextario duæ sunt. Igitur maris, vel mares sextarios duos capit. Porro hydria idem atque urna videtur : quæ congios quatuor continet, congius sextarios sex. Mares ergo Ponticus Macedonico, et Aristoteleo multo major est : nam hydrias Ponticus duas complectitur ; hydria decem sextarios. At Polyænus lib. iv, Marin habere scribit congios decem Atticos, adeoque sextarios sexaginta. Vides quam varium et incertum sit mensurarum istiusmodi negotium.

(4) *Ὅστε εἶναι τὸν κύπρον.* Imo ὥστε εἶναι τὸν μάρην. Nam id ratiocinatio postulat. Si mares hydrias capit duas, hydria sextarios decem, necessario mares sextarios decem continet.

(5) *Κύπρος παρὰ τοῖς αὐτοῖς Ποντικοῖς.* Κύπρου, et ἡμικύπρου mentio est apud Pollucem lib. iv, cap. 24. Hesychius : *Κύπρος, μέτρον σιτήριον, ἡ κεφάλαιον ἀριθμοῦ.* Ἄραμ ergo significat præterea, sed Epiphaniani calculi perversa subductio est. Scribit enim cyprum Ponticum ex modis duobus confici, quod ipsum chœnicibus quinque circumscriptur. Ambosne modios, an singulos Ponticos totidem constare chœnicibus statuat, non satis declarat. Sed utcumque censeat, ratio minime coheret. Sunt modii duo quinquorum chœnicum. Cum igitur chœnix apud Ponticos sextarios capiat quinque, erunt in Cypro sextarii quinque et viginti : non viginti. Quare, uti numerus constet, chœnix sextariorum quatuor constituendus erit, quot etiam Fannius assignat. Etsi diversa de chœnicis modo scriptores alii sentiant. Lego itaque χοϊνιξ παρ' αὐτοῖς ξέστων ἐστὶ τεσσάρων.

(6) *Κόλλαθον, ἐστὶ παρὰ τοῖς Σύροις.* Satum aridorum mensuram esse consentiunt omnes. Quare notandus hic locus, qui ὑγρὸν etiam satum commemorat.

(7) *Κογγιάριον δὲ, μέτρον.* Hebræos intelligit recentiores. Nam in puro Hebraismo vox est inaudita. Cujus origo grammaticis haud ignota. Hanc a *congerendo*, nisi fallor, Epiphanius deducit. Quod aliud agenti, uti fit, excidit.

παρ' Ἑβραίοις ἐκφωνούμενον· τοῦτο τὸ μέτρον ἔστιν ἐν Χρονογραφίαις Εὐσεβίου καὶ τῶν ἄλλων χρονογράφων δηλούμενον, ὡς ἕκαστος τῶν τότε βασιλέων κατὰ φιλοτιμίαν τῷ δήμῳ Ῥωμαίων πρὸς εὐφρασίαν ἐχαρίζοντο, ὃ ἐρμηνεύεται *συνημιένον*, ἢ *συνεστραμμένον*.

A braei etiam usurpant. Meminit hujus mensurae et Eusebius in *Chronicis* aliique chronologi. Apud quos imperatorum quilibet magnificentiae suae ostentandae studio congiarium populo Romano ad epulandum largiri solebat: quae vox idem significat ac *conjectum*, sive *coagmentatum*.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

## ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΠΡΟΥ

Πρὸς Διόδωρον ἐπίσκοπον Τύρου

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΒ' ΛΙΘΩΝ ΤΩΝ ΟΝΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΣΤΟΛΙΣΜΟΙΣ ΤΟΥ ΑΑΡΩΝ ΒΙΒΑΙΟΝ.

### S. P. N. EPIPHANII EPISCOPI CYPRI

AD DIODORUM TYRI EPISCOPUM

DE DUODECIM GEMMIS QUAE ERANT IN VESTE AARONIS LIBER.

*Iola Ierotarantino interprete.*

Ἦτησας (παρ' ἑμοῦ [7']), τιμιώτατε (Διόδωρε), περὶ τῶν ἐν τῷ λογίῳ τῆς ἐπωμίδος τοῦ ἱερέως ἐπὶ τοῦ στήθους Ἀαρὼν προστεταγμένων τότε ἐμπορησθαι λίθων, τὰς τε ὀνομασίας, τὰς τε χροῶς, εἴτ' οὖν ἰδέας, τοὺς τε τόπους, καὶ τὰς εἰς θεοσέβειαν φερούσας τῶν αὐτῶν λίθων θεωρίας, καὶ ἕκαστος λίθος, ὑπὲρ ποίας φυλῆς ἐτέτακτο· πόθεν τε εὔρηται, καὶ ποίας πατρίδος (8).

Τετραχῆ δὲ διαιρεῖται τὸ λόγιον, καὶ αὐτὸ τετραγώνον, σπιθαμῆς τὸ μῆκος καὶ εὖρος ὁμοίως. Τοῦ μὲν πρώτου στίχου πρῶτος λίθος σάρδιον, εἶτα τοπάζιον, εἶτα σμάραγδος. Τοῦ δὲ δευτέρου στίχου πρῶτος λίθος ἄνθραξ, εἶτα σάπφειρος, εἶτα ἱασπις. Τοῦ τρίτου στίχου πρῶτος λίθος, λιγύριον, εἶτα ἀχάτης, εἶτα ἀμέθυστος. Τοῦ τετάρτου στίχου πρῶτος, χρυσόλιθος, εἶτα βηρύλλιον, εἶτα ὀνύχιον. Καὶ οὗτοι μὲν εἰσὶν οἱ ἰβ', οἱ ἐν τῇ ἐπωμίδι τοῦ ἱερέως ἐξηρητημένοι, ὧν καὶ διαφοραὶ, καὶ οἱ τόποι οὗτοι·

Α'.

Πρῶτος λίθος σάρδιος ὁ Βαβυλώνιος, οὕτω καλούμενος. Ἔστι δὲ πυρωπὸς τῷ εἶδει καὶ αἱματοειδῆς, σαρκίῳ τῷ ἰχθυῖ τεταριχευμένῳ ἑοικώς· διὸ καὶ σάρδιος λέγεται, ἀπὸ τοῦ εἶδους λαθῶν τὸ ἐπώνυμον. Ἐν Βαβυλῶνι δὲ τῇ πρὸς Ἀσσυρίαν γίνεται. Ἔστι δὲ διαυγῆς ὁ λίθος· δυνάμειος δὲ ἐστὶ θεραπευτικῆς, ᾧ κέχρηται οἱ ἱατροὶ πρὸς οἰδήματα, καὶ ἄλλας πληγὰς ὑπὸ σιδήρου γιγνομένας. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος, σαρόνυξ, ὃς καλεῖται μολοχάς· μαλακτικὸς δὲ ἐστὶ στεατωμάτων. Τῆς δὲ αὐτῆς ἰδέας τυγχάνει, ὑπο-

B **185-225** Quod petiisti, vir praestantissime, de gemmis quas in rationali sive oraculo dicto epomidis humeralis sacerdotis, supra pectus Aaronis Dominus jussit a ligari, ut cum eorum nomina, colores sive formas, locos, et quae faciunt inde ad pietatem meditationes, tum etiam ad quam indicandam tribum quaelibet gemma posita fuerit, quoque in loco et in qua patria inveniatur, id paucis tibi exponam: hoc quidem ita se habet.

Quadrifariam dicitur rationale. Et ipsum quadratum palmi longitudinem ac latitudinem habet. Primi quidem ordinis prima gemma, sardius, tum topazius, dein smaragdus. Secundus ordo primam gemmam habet carbunculum, secundam sapphirum, tertiam iaspidem. In tertio ordine sunt, prima ligurius, secunda achates, tertia amethystus. In quarto, prima chrysolithus, secunda beryllus, tertia onychium. Et istae quidem sunt XII gemmae, quae in humerali (epomide) sacerdotis sunt annexae, quarum tum discrimina tum loci sunt isti:

I.

Prima gemma, sardius Babylonius dicta. Est vero forma ignea, et quae sanguinis colorem referat. sardio pisci sale condito et inveterato similis: quae de causa etiam sardius dicitur, a forma (colore) nomine desumpto. Nascitur in Babylone Assyriorum. Pellucida est: et vim habet medendi ad tumores ac vulnera ferro inflictia. Est et alia quae sardonix vocatur, **226** et molochites, vim emolliendi steatomata habens. Ejusdem hae coloris est cum superiore, subviridis. Gravissima autem est

(7') Deest aliquid, et sententia pendet.

(8) Genuinum et integrum Epiphanii opus de XII gemmis esse perhibetur quod in antiqua Latina

versione repertum, ex cod. Vaticano, prodiit Romae 1743. Vide infra. EDIT.